Zalinska Mscichy Intromissio

Ministerialis Regni Generalis Providus Joannes Piotrowski autenticus et jura:
tus officio praesenti bene notus coram eodem officio praesenti personaliter publice et
libere recognovit Quia ipse die hesterna una cum Nobilibus
Michaele Kisinski et Bartholomaeo Pietrzykowski condescen:
dendo ad villam Mscichy ibidem Generosam Dorotheam Bagienska(?)
consortem Generosi Andreae Zalinski in bona omnia mobilia et
immobilia in haereditate praefata Mscichy consistentia ipsi per
Generosum Christophorum Sutkowski in summa Mille trecentorum
florenorum polonicalium modo obligatorio coram actis praesentibus inscripta videlicet
fundum curiam aedificia omnia praedium areas hortos agros
prata campos silvas stagnum piscinas pro hiemali(?) piscium
tabernam braxatorium subditos eorum fundos gazas et totam
substantiam ac obedientiam usufructus generaliter omnes
proventus utilitates et attinentias juxta latiorem continentiam eius
modi inscriptionis et libera admissione eiusdem Generosi Sutkowski
nemineque alio tam in bonis quam hic circa acta impugnante
intromisit et in possessionem pacificam contulit ac subditis obedi:
entiam praestandam indixit.

Borowo Obligatio

Coram officio et actis praesentibus personaliter comparens Nobilis Dorothea filia olim
Laurentii Borowski relicta consors olim Nobilis Petri Borowski
sana mente et corpore existens palam ac libere recognovit Quia Nobili
Alberto olim Joannis Borowski et suis posteris bonorum suorum
immobilium in haereditate Borowo spectantium sitorum Quinque sulcos
a granitie Borowicz(?) ad plateam tendentes inter metas [illegible]
et sororis suae recognoscentis jacentes cum aedificio agris et omnibus
utilitatibus nullis exceptis in summa triginta florenorum polonicalium hac non
ad exemptionem obligavit ac inscripsit Cui idem ex nunc intratur
cum pacifica possessione per [illegible] a Nobilis officio acceptandam dat et
admittit Submittendo se cum suis successoribus de omnibus bonis memo:
ratum contrahentem et eius successores occasione praemissorum ab omni impedi:
mento iniusto quarumvis personarum toto tempore tenutae eiusmodi
tueri defendere eximere et [illegible] per se et per submissas personas
non inquietare sub vadio simili ut tunc officio praesenti peremptoria
responsione omnibus iuris remediis et defensis ac legalibus impedi:
mentis etiam de iure concessis et suis successoribus [illegible] abrenunciando.

Hrymiewicze Quietatio

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Bransensibus personaliter comparens Nobilis
Martinus olim Laurentii Hrymiewicki nomine Nobilium Basilii
et Pauli Hrymiewickich filiorum olim Mari(?) Hrymiewicki privignorum

Suorum